



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

In Ludouico Germaniæ Rege defecit Carolinum Imperium: Regnumque
Germaniæ transfertur ad Conradvm Ducem Saxonæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Sanctorum & Miraculorum
feracissimo.

AN. CMI. Leo VI. Sapiens Imperator *Sanctam Theophaniam*, miraculis celebrem, habuit uxorem. Processurum insanus veete percussit in caput; Saucium *Marcus Abbas* sanauit de vira periclitantem, viraq; decennium ei reliquū est raticinatus.

Eduardus Rex Angliæ cognatum suum bello persecutus vicit; *quod montalem è monasterio raptam duxisset uxorem*. Victor raptam retrusit in cœnobium.

AN. CMII. Theoctiste in insulam Paros, quando Duce Nysiride Arabes Lesbum euastarūt, abducta cū captiuis monacha, fugit in abdita, ibique sup. 35. annos sola ac nuda seruiuit Deo. Leonis Dux, in Saracenos Cretam populantes missus, nauigat in Parum venaturus, digressus in tēpellū B. Mariæ acclamatur: *Siste: fœmina nuda conspicere erubescio. Præbe tunicam, Præbuit; vidit pari & canicie & macie aridam magis laruam hominis, quam hominem. Referens ei vitam petit, vbi post annum reuerterit, S. Eucharistiam in panno mundo sibi afferri. Fit: Vt S. Synaxim obiit, è vita in beatiorē abijt communicata sub vna specie.*

AMNO CMIII. Opera Sancti Cyrilli & S. Methodii, conuerso Duce Boriuoio, contigit & gentis Boemiæ conuersio.

AN. CMIV. Berengarius Dux Forolij captum *Ludouicum Imperatorem* oculis priuat & imperio; & Romæ ab Ioan.

IX. coronari vi extorquet, abrogato Imperio Lamperto. Dolens facti Papa Concilio LXXIV. Episcoporum abrogatum imperium tyranno, & cōfirmat Lambertū: Acta Stephani PP. contra Formosum damnat foco, sciens: *Nullum mortuum esse iudicandum vt qui comparere non possit.* Iterum alio in Con. Rauenn. præsentem Lambertum confirmat. *Qui omnia ab Imperatoribus Ecclesie Rom. concessa Præuilegia in perpetuum confirmat.*

At

In Ludouico Germaniæ Rege defecit Carolinum Imperium: Regnumque Germaniæ transfertur ad **CONRADVM** Ducem Saxonix.

AN. CMV. Herueus Rhemenis Archie. *Normannos* conuertit hos ad Fidei, illos, in idololatriam relapsos, ad penitentiam.

ANNO CMVI. *Polini per & negotiatores, & comitatū Lesci principia* Fidei agnoscere cœperunt.

AN. CMIX. Herueus crebra frequentat Concilia per Galliam, discipulorum reformatæ.

AN. CMX. Comes Mediolan. Lambertum Imp. in venatione trucidauit. Berengarius summam rerum inuadit & Marchio Tusciæ Principatum amissum reciperat.

ANNO CMXI. Leone VI. mortuo.

filij Alexander & Constantinus capessunt Imperium Orientis. Sed cum Alexander idola colens ait: *Hic, dum ista contulerent Romani, erant inuicti.* Nocte insecuta senex eum Lucidus virga percutiens ait: *Ego sum Petrus Romanorum Princeps.* Protinus vomit sanguinem, ac animam: fetetq; intolerabiliter. Et ex hoc puer CONSTANTINVS imperat solus An. 912. Moriturque *Berno Fundator Ordinis Cluniacensis.*

AN. CMXIV. Lesci IV. Poloni filius nascitur cæcus; dum septennis affunderetur; nomenque acciperet *Meicislaï*, inter lætos proceros ex vnigenito, mæstos ex cæco, ecce continuo recipit visum.

Consulti arioli respondent, fore Poloniam ab eo illustrandam; putabant armis: at Deus voluit Fidem per eum inferendam portendere: euentu teste.

AN. CMXV. Berengarius Saracenos sapius profligauit, & Italia eiecit: *Visi in conflictu Sanctus Petrus & Paulus*: idcirco Ioannes X. & Clerus Populusque Rom. ei detulerunt Imperium; & vnctus est.

AN. CMXIX. Conradus, Rex Saxonum & Francorum moriens, *regnū transiit in Henricum Ottonis filium.* Quo vngi nolēte, quod indignum se diceret; S. Vlrico Epif. Augustano S. Petrus per vilum ostendit enses duos, capulatum, & non capulatum, dicēs: *Dic Henrico, enses capulatum esse Regem vnctum.*

Et vngitur.

AN. CMXX. Carolus simplex misit Henrico Regi Saxonie *Brachium S. Dionysij*: cui prostratus humi oscula fixit.

Certum indicium, diuinitus Imperium è Francia in Saxoniam esse iam translatum.

ANNO CMXXI. Vnio ecclesiarum Orientalium decreuit; ne quarra vxor, defunctis tribus, duceretur: In Occidente libertas nubendi fuit. S. Hieronymus ait nouisse, quæ sepelisset 22. viros; & qui supetuixisset 21. vxoribus.

AN. CMXXII. *Reliquia de barba S. Petri* in pagum Gesedis delatæ dæmoniacos, morboque plurimorum curarunt. Vide, infra anno 969.

AN. CMXXIV. Angliam Rex Adelftanus *dedicat S. Petro*: sed coniurans contra eum Elfredus, suam esse Angliam, inter verba iuramenti corruit mortuus.

AN. CMXXIX. Rex Henricus minis, precibus & pretio expressit à Rodulpho Burgundo *lanceam clauis Christi Crucifixi sanctificatam.*

Item Rex Galliarum Hugo misit ei *ensem Caroli Magni* cum clauo Dominico; eiusdemque *lanceam*: item *vexillum Sancti Maurity* Thebæi. Hisce post Deum fretus victor vbiq; euasit, hostiumq; terror.

AN. CMXXXIII. Hungaros in Germaniam infusos Rex Henricus, præuia oratione, lancea, &c. & voto de Simonia per regnū extermināda fundit, fugatq;.

Obit an. 936. regnum relinquens Ottoni filio, qui à Mog. & Colon. Archiep. vngitur ritu solenni.

Anni hi diuinitus partis illustrantur victorijs multis contra infideles.

AN. CMXXXIIIX. S. Oddo *Abbas Cluniacē.* euocatur Romā, Monastica refor-

reformatæ. Rogatus illustrat notis vitam S. Martini; pulsuque ad vesperas dato aduolat relicto libro; pluit effuse noctem totam, nec libri sub dio, subque canali vel litera immauisset.

Idem oratione *duos iunxit montes* sic, vt riuum interfluum exciperent, & vastum efficerent lacum; qui diues piscium aleret adiacens monasterium, iam liberatum molestia procul aduectandi pisces.

AN. CMXL. Huc vsque licitum liberumque fuit Sacerdoti *plures eodem die Missas dicere*, sed Concilium Salgenstadianum statuit, ne plures tribus celebreretur. Alexander Papa sub an. 1073. ad vnicam solam restrinxit.

AN. CMXLIV. Constantinus Edesam Syriæ Saracenicam obsidens, ad eas descendit conditiones soluendæ obsidionis, vt traderent sibi *Epistolam Christi ad Abagarum, & Imaginem Christi nõ manu pictam*. Nauis, eas vehens, sine remige, contra ventum ac tempestatem, recta fertur Constantinopolim: plurima ad earum cultum patratur miracula: vni absecta manus recreuit. Imago Christi sese imprimi ipsam in applicatum ei linteum sic, vt clara luce radiaret.

Monstruosi *globi ignei* passim volantes, & restinguuntur, & pelluntur aqua benedicta, & crucibus ruti collocatis.

Romanus Imperator Orient. à filio attonsus retruditur in monasterium.

AN. CMXLV. In Italia Hugo Rex filio dat regnum, & init monasterium Monachus. *Ignis inuisibili* multi corripuntur: & quotquot Parisios in ædem B.

V. Mariæ confugiunt oratum; conuantur.

AN. CMXLVI. In Gallia inuentum est corpus S. Hunegundis Virginitatis integrum, fragrans, lucidum, miraculis inelytum.

AN. CMXLIX. Danorum ab Ottone debellatorum Rex Christum multis Diuis inferiorem fore dicebat; quod in maiora ipso miracula patrasse: assidens mensæ Poppo Sacerdos negat: Christumque Deum ter Opt. Max. esse asserit. Huius probam expetit Rex, si Poppo ferri massam candentis tulerit illud. Fert: Rexque, Regnumque dant nomen Christo.

Et Sclavi fiunt Christiani: Illis multæ passim apparebant animæ deunctorum; quod animarum non credent immortalitatem.

AN. CMLIII. Otto Rex Abbatum donauit vxori; & ecce Deus filios amant in ipsum, regno eiiciendum; nisi vtriusque exercitus diremisset S. Vdalricus pacificator.

Quod indictum S. Hunegundis sepe quædam violasset spicas legendo, legati spicæ cruentæ apparuerunt.

AN. CMLIV. S. *Matthæi Evangelii corpus*, ipso reuelante repertum in Bithinia, (quo fuerat olim ex Æthiopia, vbi martyrium subierat, translatum) porro transfertur Salernum in Hispaniam.

AN. CMLV. Hungaros innumeros se in Germaniam, vsque Augustam, transfundentes S. Vdalricus precibus & sacrificijs, Otto Rex pietate, & voto se Metturgensem Episcopatum Sancto Laurentio dedicaturum, vicerunt. Idem o-

monibus suis pridie *Sancti Laurentij ieiunium* indixit : communicauit ; lanceamque Domini præferens adeo inter-
necione deleuit hostem, vt vix VII. euaserint.

Hispani Duce Conualuo, *viso in acie S. Iacobo*, & prece S. Pelagij eremita, illustri victoria sese vindicarunt è seruitute Maurorum in libertatem Christianam. Grati ex manubijs posuerunt monasterium, honori Sancti Petri sacrum.

AN. CMLVI. *Manus S. Ioan. Baptista* trãsfertur ex Antiochia Constantinopolim, pio furto surrepta. Ei excepienda Imp. Constantinus VIII. Chalcedonem misit obuiam triremè regiam, ac Senatores, ipseque cum Patriarcha in processione cleri populique occurrunt.

Cum anno 954. pluisset crucibus, hoc insecta pestis hausit, quotquot eas cruculas vestibus inhaerentes riserant: earum reuerentibus fuere salutis tota Germania. Otto Rex peste correptus, edito voto S. Viti honori seruatur.

Festum S. Catharine solenniore cultu obseruantes, ab continuis imbribus omnia mergentibus, ne quidem attingebantur.

AN. CMLVII. Saraceni in Romanos ducti late prædantur. In Herculis vico irruunt in templum, dum ad aram operaretur Sacerdos: hic arrepta S. Hostia inuadit sacrilegos; conterritos pulsat, cædit, occidit, fugat solus multos.

AN. CMLIX. S. Dunslanus Eduinũ admonens Angliæ Regem, abstineret

matris ac filia nefastis amoribus; ex aula faceffere & exulare iuebatur. Orationi intentus videt athiopum turbam raptare animam Eduini: orat impensius pro eadem; & reuerfi Mauri eiulantes ab ipso ereptam sibi prædam quirabantur sancto hoc ampliores gratias agente Deo.

Simul

AN. CMLX. Romam ijt petitum *prædicandi potestatem* & benedictionem à Papa Ioanne XII. quantumuis improbo.

Papa idem cõtra Berengarij tyrannidem inuocat opem Ottonis; Regis Germaniæ; ea tamen conditione mutua; vt iuret Otto, se fore Patrimonij S. Petri, & Iuris Ecclesiastici, ac Priuilegiolorum conseruatorem: & iuret Papa, se titulum ei daturum Imperii. Et factum vtrumque est.

Itaque

AN. CMLXI. Otto, filio Ottone in Regem creato, ducit in Italiam cõtra Berengarium cum 60000. occurrente: Sed deficientibus ab eo Principibus Italiæ, regnum cessit Ottoni sine prælio, effugato procul Berengario.

ANNO CMLXII. Otto Imperator omnia Sancto Petro restituit, cæterisque sua Ecclesijs: pacta conuenta sancit diplomate dato: & Papa iurat ab eo se nunquam defecturum.

At

ANNO CMLXIII. Ioannes Papa, quo impune flagitijs iudulget, spreto Ottone ac iuramento, deficit ad impium Adelbertum Com-

mirum. Otto Romam aduolat; victor inquit; fugit Papa. Fit Synodus: hæc prolati criminibus Ioannis eum peragit reum, Pontificatu exiit; Leonem surrogat: Omnia contra ius fas, & Canones.

Quocirca Ioannes eos omnes excōmunicauit attentantes iudicare Papam, & damnare. Otto se nil miscebat pseudosynodo.

AN. CMLXIV. Dum Otto, Romæ præsidio relicto, Albertum Spoleti obsidet, ac vincit; Ioannes inquit urbem, concitat Romanos, pro se contra Ottonianos depugnent; coacta Synodo Leonem deponit: noctuque accubans seorto ad caput à dæmone ictus exhalat.

Romani creant Benedictum V. Otto autem iterato Romam obsidet, expugnat; deditum à Romanis Benedictum accipit; coacta Synodo & Sedi restituit Leonem, quem Clerus populisque acceptat, licet Pseudopapam.

Hinc error Gratiani, & ex eo cæterorum. Is enim credit Leonem fuisse Pontificem legitimum; vnde eius falsa ordinatione Codicem suum taminauit, *de facta ab Leone Imperatori Concessione super ordinatione Papæ: de Inuesturis ei datis; de Donationibus ante Sancto Petro factis, iam redonatis Imperatori.*

Nicephorus Imp. Orientis felicissime pugnans contra Turcas, contendit; at frustra; vt milites cæsi in Martyrum album referantur, & colantur.

AN. CMLXV. Otto secum abducit

Benedictum Hamburgum; vbi & mortuus est: simulque mortuus & Leo est.

Continuo Romani surrogant canonicè Ioannem XIII, Ottonem nil obmittente.

Sarmatis creditur olim Christum prædicasse S. Andreas: (quiam à Leasco Poloni audire cœperunt.) Eorum Rex Meiceslaus, etsi septem vxoribus vteretur, ex nulla tamen fieri pater voluit, Persuasus ducere Christianam duxit prius ipse baptizatus: gignitque Boleslaum. Illi igitur submissi à Ioanne XIII. Sacerdotes conuertuntur Poloniam.

AN. CMLXVI. Tumultuantes Romani Ioan. XIII, male mulctatum carcerant. Otto è Germania aduolans eum restituit, mulctatis morte, & exilio, tutoribus.

Primitiæ religionis in Polonia multos pariunt *eremitas sanctos.*

ANNO CMLXVII. Otto filium Ottonem Regem, iam etiam creati facit Imperatorem Germanorum

AN. CMLXVIII. Papa benedicit campanam, in honorem Sancti Baptiste suspendendam: tum adhuc recens erat campanarum vsus; recentior benedictendarum.

ANNO CMLXIX. Ottonis Comes à cacodæmone obsessus furit: Seditur ab Ottone Romæ tangendus *ante S. Petri.*

Clerici dolo obligant eum alia catena secundum: deniq; Perrina; & mox ad huius contactum excussus euolat infessor.

In eam iniecta manu Episcopus Me-
tensis ait: aut mihi relinquatur, aut ma-
nus praescindatur. Otto flestit eum, vt
accepto annulo acquiescat. Idem E-
piscopus triennali bello per Italiam
plures *collectas reliquias* tecum asporta-
uit in Galliam, de pilis Sancti Petri,
Cruore Sancti Stephani, Sancti Laur.
&c.

AN. CMLXX. In Anglia S. Dun-
stanus cum Concilio decernit: Cle-
rici aut caste viuant, aut praebendas
perdant. Procrastinantibus Clericis,
cum canerent: *Seruite Domino in timo-
re: &c.* Ethelwaldus init chorum
proiectaque Pluuiam clamat: *Apprehen-
dite disciplinam, ne pereatis.* Contenti-
unt, fiuntque à Clericis Monachi regu-
lares.

Sed quia oscitabunde viuebant, Ful-
bertus Abbas mortuus dum biduo post
effertur, è tumba se erigens rediuius
clamat: Meritis Sancti Olivaldi serua-
tus redii, vt facta peccatorum ex homo-
logesi, sumtoque Viatico sacro, redor-
miam. Dictum factum ex ordine conti-
nuo.

Sanctus Dunstanus Comitem in-
cestuosum irritò euenta primum mo-
nuit: at postea idem in sacco, cinere,
vndipesq; init Concilium, oratque pœ-
nitentiam. Dignus quem à S. Dunsta-
no excommunicatum absolueret colla-
crymans idem.

ANNO CMLXXI. S. Vdalricus
quod assenserit Imperatrici petenti,
quatenus tuus ei filius succederet in
Episcopatu; idcirco ante mortem lu-
it, vocatus ad iudicium Concilii Ingel-
hemensis.

Ioannes Imp. Ori. patrocínio & opè
Deiparæ, ac Sancti Theodori Martyris,
in acie prima etiam præliare visi, deuin-
cit Bulgaros. Gratus, horum spolia
ducens in triumphum, ipsis superim-
ponit *statuam Deiparæ triumphantem*: Sal-
uatori basilicam statuit nulli secundam:
aureos eudit nummos hac cum epigra-
pha: *Christus Rex Regum: ex altera*
stabat imago Christi. Ex hoc cœptus
manauit *usus monetæ insigniendi sacris i-
maginibus.*

ANNO CMLXXIII. Otto Impe-
rator mane confurgit ad Missam: iubet
etogarii eleemosynas: cum *Missâ finita fi-
nit* & vitam in templo sedens.

Iam obierat anno eodem S. Vdalri-
cus.

ANNO CMLXXIV. V. VI. VII.
&c. Hi anni, vt plerique superio-
res, & sequentes annales, pene mera
Sanctorum, & Monachorum produnt
miracula, vt Romualdi, Niconis, Nili,
&c.

AN. CMLXXVIII. Otto II. Imp.
ducit in Franciam; redit dum ad tu-
mefactum retardatur flumen, instan-
tibus à tergo Francis. *Sanctus VVolfgan-
gus Episc.* Ratisbonensis orat Deum; in-
it flumen primus, sequentibus cun-
ctis; perit nec vnus. Franci idem ibi-
dem vadaturi merguntur, quotquot in-
uaferant vndas.

S. Eduar. Rex Angliæ, in sidijs nouer-
cæ cæsus, claret miraculis.

ANNO CMLXXIX. Monachi se-
des Clericorum occupant: Catnæ
in Concilio dum litigant. subita tem-
pestate curia corruit; opprimit om-
nes partim occisos, partim sic attri-

ee 2 tos,

ros, vt expirarint: Solus S. Dunstanus cum monachis trahi insistentes sunt illasi.

ANNO CMLXXXIII. *Vindictæ diuine* in varios hic, vt passim hoc sæculo toto, referuntur. Nec Otto I. immunis fuit, aut impunis, quin & clade sui exercitus contra Græcos, & sua morte secuta lueret; Deo Sanctum de ea præmonente per visum.

Obijt tamen rite confessus, & communicatus.

S. *Adalbertus* Epif. Pragensis, ob Boemorum improbitatem se abdicans Episcopatu, fit Monachus, ministerq; culinarius toto quinquennio: sic meritus fieri Apostolus Gentium.

Stephanus Vngariæ Princeps, & Meicislaus Poloniæ, *petunt à Papa titulum Regis* sibi concedi: annuitur illi; huic negatur, ob gentis crudelitatem barbariusculam.

AN. CMLXXXIV. Romæ Sacerdotes ineunt *Sodalitium* hoc pacto, vt singuli contodalium defuncti, viuorum suffragijs per Sacrificia, preces, & elemosynas adiuuentur; præsertim vt pro venoquoque X L. Missæ cantentur.

AN. CMLXXXVII. Ioānis XV. tertio, Ottonis Imper. Occ. quarto Ludouicus Rex Carolinæ stirpis non quidem vltimus; sed illiberis tamen moriens, regnum non reliquit Carolo fratri, sed tradi fecit Hugoni Duci Parisiensi; cuius pater in Nortmannica irruptione, diuinitus monitus, transtulit reliquias Sanctorum Martyrum in suam ecclesiam. Eique apprensus S. Valericus spondet, idcirco posteros eius,

vsque in septimam generationem in Francia regnatos,

Constantinopoli ludentes in sphaeristerio *Cantum Vesperarum* interturbabant: Sanctus Nicon eos increpans abigitur à Præfecto, protinus paralyti punito. Pœnitentem, precesque pro se à Nicone rogantem Sanctus conseruat.

ANNO CMLXXXVIII. In Hispania Christiani pauci vincunt prælio Saracenos plurimos Duce Antolino pijssimo. Hic *noluit inuadere conflictum prius, quam Missa tota patrata*: interea tamen ipse inter primos visus est fortissime pugnare, versareque hostem: certum cunctis, *fuisse Angelum*: eius tamen equus vera vulnera laucius acceperat, & cæsorum sanguine cruentus rubebat.

Sic & anno 999.

AN. CMLXXXIX. *Boemis suum Pastorem Adelbertum* requirentibus, Archiepif. Moguntinus impetrauit à Papa, vt è monasterio extractus, eis redderetur. Sed dum reperit eos æque, vt prius crudos; ecce Geisæ Regi de regni conuersione cogitanti noctu, apprensus iuuenis speciosus ait: *Manus habes sanguine plenas, ideo non tu, sed filius tibi nasciturus cogitatus perficiet*. Regina apprensus S. Stephanus ait: *Paries, cum meum nomen impones Stephani*. Excipe *benigne qui venit, Dei famulum*. Ecce propediè aduenit S. Adelbertus, vt triq; spondet pro firmitate promissi.

ANNO CMXC. Et Reges, & Comites Franciæ iam diu astuefacti inuadere bona & iura tum Ecclesiastica, tum Monastica, multis à Deo

Deo plagis vindice puniti exempla reliquerunt: è quibus plurimis vix pauca Demonstrationi nostræ adpersimus.

Hoc anno velut colophonem vindiciarum diuinarum in Francicam Sacram famem hic apponamus.

Rhenense Concilium *diras imprecatur Raptoribus ecclesiasticorum bonorum*; Secutaque diuina vindicta est, dum Hugo Dux capit Carolum Regem, si mulque cum unico Carolini Stemmatris ramo hoc Regnum Francorum excidit.

Ita vindicauit Deus HÆRESIN POLITICORVM hoc ortam æuo instantium; *Carolo Regi omnia, etiam in Ecclesiis, licere.*

ANNO CMXCI. Rhemis cum Carolo captis Hugo voluit in locum Arnulphi Episcopi proditoris Gerbertum surrogari monachum Curialem; Sed Papa eum reiiciente, hic Gerbertus plaustrâ conuictorum euomit in Papam, uti magum. &c.

Quo libro hodie exultant hæretici & Politici; Vane!

ANNO CMXCII. Hugo renitente Concilio Rhemensi abdicat Arnulphum (Carolinum extinguere stemma studens) intruditque Gebertum, eo in Papam insolentius scribentem.

ANNO CMXCIII. Vesuuio monte insolitas flammaram vndas procul euomente, etiam Roma vrebatur.

Iamque *corruptâ S. Petri Basilicâ*, vrbs in eam concurrat tota supplex, Ædi Principi parceret: Deus, ne Fides Petri veniat in opprobrium improborum; Ecce, momento flamma resilit ab ar-

dentibus abiugnis trabibus, auolatque per auras.

AN. CMXCV. Papa per Legatos cognoscit causam Arnulphi & Gerberti coram Concilio Rhemis; huncque reum & intrusum abdicat; restituit Arnulphum non proditorem.

Ericus Rex Sueoniæ ethnicus bello vicit Regem Daniæ; in quo S. Poppo prædicabat Christum, Cui Rex: age, factis dicta doce: indue ferream chirothecam hæc candentem (erat ponderosissima) induit, fertque illæsus quo volebant. Iterum cerâ tinctam rigentemque vestem eum induit: quæ accensa deflagrat in cinerem, illæso S. Poppone.

Rex, Daniaque tota, damnatis idolis, Christum confitentur, ac baptizantur. Sunt, qui Ericum resiliisse dicunt.

ANNO CMXCVI. Defuncto Ioanne XV. Otto Rex cognatum suum Germanum curat surrogari dictum Gregorium V. Crescentius Dux, persentescens Pontificatum deriuari in Germanum ideo, ut Ottoni traderetur Imperiū; ergo extruso Gregorio intrudit Ioannem XVI. Aduolans Otto restituit Gregorium, obsessum capit Crescentium, & contra promissum impunitatis capite minuit; vxoremque eius Romanarum speciosissimam assumit in concubinam: Ioannem XVI. truncum auribus, nato, oculis, asinoque auersum imponit, data in manus caudâ, præcone clamante: *Sic patitur, qui Papam Sede pellere nititur.*

S. Nilus sibi donari Ioannem XVI. petit, & obtinet.

Sed eo iam reperto mortuo in carcere, Otto indoluit: *in penitentiam pedes*

peregrinatur in monte Garganum S. Michaeli seque Monachum fore promittit.

Redux à Papa capessit Imperium, & inungitur coronatus.

Papa simul Ius eligendi Imperatoris permittit solis Germaniæ Principibus: Quod postea Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi ad SEPTEMVIROSELECTORES nominatos reduxit. Otto illiberis ita suavit;

1. Ne cognati de Imperio decertarent;

2. Ne Franciam refflorescentes, aliâ linea, & non Carolinâ, repeterent Imperium.

S. Adelbertus Romæ coram Papa Sacrum Missæ peregerat vsque ad *Memento defunctorum*: hic obdormit raptu. Miratus somnum Papa eum excitari curat.

Sanctus requirit chirothecam alteram, quâ nusquam repertâ, dataque alia, profequitur Diuina.

His rite factis Papa ita sciscitanti causam somni, amissæque chirothecæ edicit: se quinque Fratres suos, in Boemia cæcos pro fide, sepulturæ dedisse; ibique chirothecam reliquisse auocatum.

Missi protinus repertam, cæteraque vera referunt.

Otto Imp. Papa annuente, statuit in S. Pauli monasterio monachos vitæ peioris mouere, alterius instituti religiosos substituere.

S. Paulus autem in somnis apprensus id prohibet; quod emendare, non extirpare, oporteat. Et factum est ita.

Idem Aquisgranum reuersus *Caroli*

Magni sepulcrum diu requisit; demum reperit eum in folio assidentem, cruce aurea è collo pendente, vestibulque nihil dum quicquam læsis.

Crucem cum parte vestis venerabilis sustulit; cætera reliquit.

Fulco Comes Andegauensis raptor bonorum ecclesiasticorum, Deo postulat templum; Rogatus Archiep. Turenensis id vt dedicaret, noluit, nisi prius restituisset aliena.

Nolens impetrat à Papa Cardinalem mitti, qui consecraret.

Peracta dedicatione ingens momento coortus turbo templum euertit. Nimirum *in pœnam sacrilegij*; ex quo data Deo displicent; Non in pœnam alienæ iurisdictionis à Papa inuata: vt mentitur Glaber.

AN. CMXCVII. S. Adelbertus martyrio coronato, S. Bonifacius, Ottonis cognatus, monachus Russiæ factus Apostolus, missu Papæ, conuertit plures.

Barbari ab eius cæde diu abstinentes, quod martyrio & miraculis clariorem in Brussia viderent; demum tamen & ipsum trucidarunt.

Stephanus Rex Hungariæ iuuenis coniuratos in sese vincit bello sub signis S. Martini, & S. Georgij. Victor construit monasterium S. Martini, vbi hic orasse fertur: donatque idem.

AN. CMXCVIII. Antolinus iterum vincit Saracenos, vt supra anno 989.

Malacenus Constantinopoli coniurationis suspectus, dum adit aulam citatus, petit S. Niconis preces; qui gloriores fore prædixit, seque rursus visurum.

rum. Abitis ad aulam, hic è vita. Is demum completis quæ prædicta erant, cum defunctum interea videre non posset, pictori verbis vultum cultumque viri describit, vt potest.

Sed cum is ad viuum sic exprimere non posset, in cæsto apparens S. Nicon ait: Me aspice; sic pinge. Dum ad tabulam cæptæ picturæ respiceret, Sanctus disparuit, videtq ipsam viuum in tabula picturam spirare ab ipso Sancto impressam. Sicque rursus eum vidit Malacenus.

AN. CMXCIX. Otto, mortuo Gregorio V. ne Pontificatus rediret ad Romanos, Gerbertum, (quem Rauennensem Episcopum dederat;) iam Papam creari efficit, dictum Syluestrū II. Inde, in peccatorum pœnitentiam, inire peregrinationem ad S. Adelberti sepulcrum Gnesnæ.

AN. M. Otto è Polonia secum retulit Romam brachium Sancti Adelberti, cui & ecclesiam ad Tiberim construxit; in quam & Corpora S. Bartholomæi, & Sancti Paulini Nolani, Beneuento translata deposuit;

Vnde etiam continuo dici cœpit Ædes S. Bartholomæi.

Otto rursus peregrinatur ad Sanctum Nilum, visisque cellulis fratrum circa templum dixit: *Eccce tabernacula Israel in deserto.*

Dotare voluit monasterium; at noluit S. Nilus.

Hunc rogauit, à se quid peteret; qui tacto eius pectore ait: *Peto salutem animæ tuæ. Dole de peccatis: homo es, moriere & iudicabere.*

Otto illacrymatus posita coronâ petijt, & obtinuit benedictionem.

S. Stephanus Dux Hungariæ impetrauit à Papa dari sibi diadema Regium.

Addiditque vltro ei crucem præferri, velut Apostolatus, quod plurimum gentium conuersionem promouisset: quodque Hungariam post illustres victorias de barbaris, Romanæ Ecclesiæ donasset.

In pago Catalonico *rusticus*, ruri obdormiens, videtur sibi examen apum sentire surrepens per podicem, & per os egrediens.

Ex eo stimulatur ad prædicandum; ergo repudiat vxorē; in templo crucē & imaginem Christi proculcat, iactans se iussum à Deo; Decimas non dandas è Scripturis docet; seducit multos.

A S. Lebuino Bremensi examinatus, conuictusque se noctu in puteum præcipitat: seductos reducit Sanctus Lebuinus.

Vilgardus Rauennæ Grammaticus, prædicat beatos Virgilium, Horatium, Iuuenalem. &c.

Damnatur à Petro Rauennatensi.

ERGO